AUGUSTINUS
Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh. Seite 14v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

mit de corruptione uitam. ostendit exemplo quod promisit in premio.
Mortuus est caput delicta mea. resurgit propter iustificationem meam. Spe-
rent membra. quod in capite demonstratum est. Non curabit membra sua. quo-
rum caput leuauit in celum. Ergo quia redemit de corruptione uitam tuam. qui
coronat te in misericordia & miseratione. Iam enim forte quasi arrogans et
ceras. cum audires coronat te. Ergo magnus sum. quia luctatus sum. Cui uiribus
tuis. an ab illo subministratis. Nam quia luctaris manifestum est. & ideo
coronabis quia uinces. Si uide quis prius uicerit. uide quis te faciat etiam se-
cundo victorem. Ego uinci uici scilicet. gaudeat. Et unde gaudeon fi ille
uicit scilicet. quasi nos uicerimus. Ita plane gaudeamus. quia nos uicimus. Qui
in nobis uicti sumus. in illo uincimus. Ergo coronat te. quia dona sua ~~quere~~
~~bat~~ coronat. non merita tua. Plus omnibus illis laborauit aut apostolis. Et unde
quod adiunxit. Non ego autem. Et gratia dei mecum. Et post labores omnes. expec-
tat ipsam coronam & dicit. Bonum agonem certauit. cursum consumauit. fidem ser-
uauit. de cetero reposita est mihi corona iustitie. quam reddet mihi dominus in illa die
iustus iudex. Quare. Quia agonem certauit. Quare. Quia cursum consum-
mauit. Quare. Quia fidem seruauit. Vnde certasti. Vnde fidem seruasti.
Non ego autem. Et gratia dei mecum. Ergo & quod coronaris. illi mea coronaris.
Hunquam sis superbus. semper lauda dominum. Omnes retributiones eius. noli obliuisci.
Retributio est cum peccatum & impius uocaris es ut iustificaris. Retributio est.
cum erectus & gubernatus es ne cadas. Retributio est cum tuites subministrat
tibi & usque in finem perseuerares. Retributio est. ut etiam caro ista tua qua
permeabatur resurgat. & ne capitis tui capillus uniatur. Retributio est. ut per re-
surrectionem coroneris. Retributio est. ut in eternum deum ipsum sine defectu lau-
des. Omnes retributiones eius noli obliuisci. si uis ut benedicat anima tua
dominum. qui coronat te in miseratione & misericordia. Et quid agam coronatus. Ecce
adiuuabar cum luctarer. finito certamine coronabor. Iam nulla
residua erit inimica suggestio uel corruptio. cum qua luctem. Semper enim
in hac uita luctamur. cum corruptione ista. Si quid scriptum est. Nouissima
destruetur mors. Post destructionem mortis. nullum inimicum inimicum. Inde
absorta victoria. Tunc erit victoria. tunc corona. Post certamen coronabor. Post
coronam quod agam. Qui sanat in bonis desiderium tuum.
Modo enim audis bonum & ambulas. audis bonum & suspiras. & hoc ip-
sum quod forte peccas eligendi bonum auditatem falleris. & in eo reus de-
meris. quod bonum consilium dei non audis. quod contemnendum. & quod eligendum
sit. quod forte negligis discere. si in eligendo bono fallebaris. Vbicunque